

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

652. Ad quæ beneficia se extendat hæc Legatorum potestas ordinaria  
conferendi beneficia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

rio superaddita, cedens in præjudicium aliorum Collatorum, est restringenda; quemadmodum est contra aliorum Ordinariorum, quia est naturalis, est amplianda. Tond. p. 2. c. 2. §. 6. n. 6. Laym. in c. collatio. de offic. Leg. n. 1. Castrop. loc. cit. citans Gl. in Clem. 2. de off. Ordinar. & Garc. uti ante. n. 9.

**Questio 652.** Ad que beneficia extendat hec Legatorum potestas ordinaria conferendi beneficia?

**R**espondeo primò in genere ad omnia beneficia vacancia in provincia sua legationis, qua ordinarii (intelligendo non solum per hos Episcopos, sed & quoscunque alias collatores inferiores) in ea conferre possunt, juxta c. 1. de off. Leg. in 6. Unde sicur Papa cum quolibet ordinario collatore, ita & Legatus de latere cum Ordinarii provinciæ sua concurrende potest (etiam nullo requisito consensu Episcopi, ut Barb. juris Eccles. l. 1. c. 5. n. 29. citans quamplures) & datur inter illos locus præventioni, & Legati collatio præfertur collationi Ordinarii, si utraque eodem tempore facta. Pirh. de off. Leg. n. 18. Tond. qq. benef. l. 1. c. 70. n. 2. citans Gamb. de potest. Leg. l. 3. num. 31. Tusch. v. Legatus. concl. 169. n. 1. & seq. Selv. &c. Castrop. loc. cit. citans Azor. p. 2. l. 5. c. 28. q. 24. Prateium in pr. Episc. p. 2. c. 5. n. 9. Garc. n. 40. citans c. si à Sede. de præb. in 6. & ibid. Gl. Rotam in una Aſſiſſi beneficii. 29. Martii 1587. Mohed. decis. 3. de off. Leg. Gomez de Exposit. n. 16. & plures alios. Ac propterea collatio Legati de beneficio ita afficit collationem posteriorem Ordinarii, sicut reservatio Apostolica cum decreto irritante. Tond. l. 2. c. 3. §. 6. n. 7. citans c. si à Sede, & c. si beneficia. de præb. in 6. & ibi Gl. modo tamen collatio Legati non fuerit fraudulenta, nempe ut intervenire tantum temporis, intra quod Legatus vacationis notitiam habere poterit; quia cum regula de verisimili notitia locum habeat in collatore ordinario, multò magis locum habere debet in provisionibus Legatorum, utpote quæ non sunt ad eū favorabiles ac Ordinariorum. Tond. cit. §. 6. n. 8. citans Gregor. in infit. rei benef. c. 32. n. 4. Similiter sicut Ordinarius extra diœcesim suam, sic Legatus extra provinciam suæ legationis existens beneficia conferre potest. Laym. ad c. novit. de off. Leg. n. 2. cum communi. Ex his omnibus infero, &

2. Respondeo secundò in specie Primò: potest Legatus à latere instituere à patronis præsentatos, & confirmare electos; cùm hæc sint beneficia vacantia in provincia legationis. Castrop. loc. cit.

3. Secundò potest conferre spectantia ad collationem exemptorum. Castrop. ibid. Laym. ad c. cùm non ignoretur. de off. Leg. n. 4. Garc. loc. cit. n. 19. citans Gamb. Coras. Zech. &c. Barb. juris Eccles. l. 1. c. 5. num. 30. quia & hi, licet exempti à jurisdictione Episcoporum, sunt tamen collatores ordinarii istius provinciæ respectu dictorum beneficiorum. Quin & Legatus de latere, vel qui cum simili potestate missus est, exercet jurisdictionem in exemptos, exceptis casibus specialiter Papæ reservatis. Laym. l. c. n. 3. citans Abb. Molin. &c. estque Ordinarius exemptorum, ut Garc. loc. cit. num. 20. citans Gamb. Cuchum &c. fac proinde procedunt hæc, etiam si ipsa etiam beneficia sunt exempta. Laym. & Garc. loc. cit.

4. Tertiò: beneficia monocularia, dum sunt de provisione Ordinarii collatoris. Castrop. loc. cit.

n. 4. citans Gamb. de off. Leg. l. 3. n. 512. Azor. ubi pra. n. 25. tum quia non minus quis est & dicitur collator ordinarius respectu unius beneficii, quod unicum conferre potest, quæcum aliis respectu plurimum ad ejus collationem spectantium; tum etiam ut cit. AA. horum beneficiorum, quæ ad hoc nulli inventur in iure exceptio. Sed neque obstat mandatum Apostolicum de providendo non comprehendere beneficium monoculare; hoc enim mandatum impedit provisionem Ordinarii; potestas autem ista legati concurrendi etiam quoad monocularia provisionem collatoris istius monocularis non impedit, cum sit legatum prævenire possit, Castrop. loc. cit. quod si verò provisio beneficii talis monocularis non spectaret ad ordinarii collatorem; sed esset de provisione delegati Apostolici, seu hic & nunc de speciali privilegio ejus provisio commissa esset, aut competenter alicui (dummodo, ut rectè limitat Garc. loc. cit. n. 78. per tale privilegium non evadat ordinarius collator) Castrop. censem, Legati potestatem se ad illud non extende; & eo quod duro dicto modo conceditur alicui potestas ad certum beneficium, vel etiam certa beneficia, Legatus non valeret se in illorum provisione intromittere; quia specialis provisio non derogat generali. Atque ita ex Abb. in cap. dilectus. de off. Leg. in 6. docet Garc. cit. n. 78. & 75. non quidem in specie de beneficio monoculari, sed in genere, dum alicui de certis beneficiis tanquam delegato Apostolico concessum esset privilegium; five illud de cetero pro una vice seu tempora, five sit perpetuum.

5. Quartò beneficia vacantia in mensibus Ordinariorum ordinariis, etiam hodie dum flante regulâ mensis; intelligendo tamen hoc quoad quartuor mensis Ordinarii non habentis alternativam, Garc. cit. c. 3. n. 45. nequaquam tamen confere poterit vacantiis in mensibus Ordinarii gaudentis alternativâ; tum quia illi 6. menses conceduntur Ordinariis sub onere personalis residentiæ, cui concessione & quum est non derogari propter appositum in concessione alternativæ decretum irritans quamcumque provisionem, etiam factam per Seden Apostolicam, cui decreto derogandi potestatem de jure communis non habet Legatus, Castrop. loc. cit. n. 2. Garc. cit. n. 45. (citata hic Sardensem triennali. q. 28. qui etiam dicat, Rotam judicasse, non valere provisionem Legati de latere de beneficiis istiusmodi vacantiis in mensibus istis Ordinarii propter decretum irritans, eti Ordinarius postmodum non conferret) contra Azor. p. 2. l. 5. cap. 28. q. 24. apud Castrop. item contra Zerolam apud Garciam, qui ait, hunc Autorem tamen non esse multum curandum, quia multa confundit, & barbare procedit; item contra Gonz. (quem citat & sequi viderit Tond. l. 1. c. 70. num. 4. & seq. ubi ait, quod si hoc verum de aliis Legatis, multò magis de Legato & Vice-Legato Avienensi, utpote cui amplissima concessa potestat conferendi beneficia, de quo multa ibi) ad reg. 8. §. 2. proem. n. 54. & gl. 25. n. 56. & 18. ubi loquitur pari modo de præventione concessa Legato adversus Ordinarium in mensibus illi per concordata assignatis; intelligendo tamen id de beneficiis vacantiis, non vacaturis. Solet tamen hanc potestatem derogandi dicto decreto irritante habere quandoque de speciali gratia & favore Pontificis etiam Nuncio, ut de Nuncio Hispano testatur Garc. loc. cit. n. 134. quâ

qua facultate extraordinariâ dum utitur , necessaria ostendere debet literas , quibus ea illi conceditur , alias ei non creditur ; cùm stet in contrarium præsumptio , Papam à communi & ordinario stylo non discedere . Castr. l. c. n. 10. citans Azor. p. 2. l. 5. c. 27. q. 8. Similiter Legatus à latere conferre nō potest beneficia vacanta in alternis 6. mensibus per concordata Germania assignatis ordinariis collatoribus , eos præveniendo ; quia hæc concordata habent ratione pacti , cui nec summus Pontifex derogare potest ; sic tanquam æquius & probabilius censet Pirh. de off. leg. n. 25. citans Laym. in c. dilectus. de off. Leg. n. 2. contra Garciam. p. 5. c. 3. n. 42. ubi censet , posse Legatum concurrere cum Ordinario , non obstantibus Gallia & Germania concordatis , & ait sic decisum in Verdun. canonicatus .

6. Martii. & 19. Iunii 1595. quas decision. recitas num. seq.

6. Quinto : potest conferre beneficia sua provinciæ , etiamsi spectent ad collatorem alterius provinciæ . Barb. juris Eccl. l. 1. c. 5. n. 37. de hoc plura paulò post.

7. Sexto : conferre potest beneficia devoluta ad Episcopum ex negligientia Patroni . Garc. loc. cit. n. 68. citans Selv. p. 2. q. 3. n. 41. posse similiiter conferre devoluta ob negligentiæ collatorum , docetur passim . Verum id distinguit Castr. loc. cit. n. 6. dicens , id posse Legatum , dum beneficia vacanta devoluta existunt intra provinciam delegationis ; id verò non posse , si ea existant extra hauc provinciam , etiamsi Prælatus seu collator (idem esse videtur de Patrono ) ob ejus negligientiam in providingo devoluta sunt , existat , & habebit intra provinciam ; ed quod Legato concedantur beneficia sua provinciæ , sive collator eorum alijs ordinarius sit in provincia eadem , nec ne . Cùm in beneficiorum collatione potius spectetur locus , ubi situm est beneficium , quā locū , ubi residet Collator . Ac proinde ad explorandum potestatem Legati circa beneficia non debet attendi , cui Prælato , an exempto , an ordinario ; an de provincia , an extra ; an iure devoluto , an ordinario competat ; Sed num sint extra provinciam , vel an intra , seu de provincia . Idem tenet Garc. l. c. à n. 27. ubi quod Legatus possit beneficia sua provinciæ , etiam devoluta ad Prælatum alterius provinciæ conferre ; quia potest conferre beneficia sua provinciæ , etiamsi spectent ad collationem existentis extra illam . Citat pro hoc Rebuff. in concord. tit. de regia nominat. Lamb. p. 3. l. 2. q. 8. à n. 5. & plures alios . & n. 29. dicens , non posse Legatum conferre beneficia alterius provinciæ , etiamsi devoluta , vel etiam alijs spectantia ad collationem Prælati , qui est de provincia legationis sua ; citat pro hoc Rebuff. in p. 2. tit. de devol. versu 13. n. 38. Imol. in c. 2. de concess. prob. Gamb. &c. contra Selv. p. 2. q. 3. num. 40. Additique Garc. n. 30. provisionem factam à Legato de beneficio , existente extra provinciam suam , nequidem tribuere titulum coloratum , & sic decisum à Rota .

8. Septimo : quod ex dictis jam sequitur , potest Legatus conferre beneficia devoluta ad Episcopum ex negligientia Prælati exempti , si ea beneficia existant intra suam provinciam , scilicet si extra . Castr. loc. cit. n. 7. contra Pirh. ad tit. de off. Leg. n. 22. neque obstat , quod Episcopus hæc beneficia provideat tanquam Apostolica Sedi delegatus ; quia delegatus se intromittit independenter à devolutione & delegatione Episcopi , ait Ca-

P. Leuren , Fori Benef. Tom. II.

strop. ibid. addens hanc regulam : quod delegatus non possit se intromittere in his , quæ Episcopus , non ut Ordinarius , sed ut delegatus exequitur ; tantum veram esse quodad privationem , non autem quodad præventionem , hoc est , non possit se intromittere privativè , bene tamen cumulative . Item veram esse in delegatione ab homine , non autem in facta à jure .

9. Ostavò : quantum est de jure communi , potest Legatus à latere creare in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata Canoniam supernumerariam , hoc est , qui solo titulo Canonicus nullos fructus percipiat , adeoque præbendam non habeat ( eis juxta probabilitatem percipere possit distributiones quotidianas , ut Abb. in cap. pro illorum . & c. dilectus. de prob. Azor. p. 2. l. 3. c. 11. q. 5. apud Castr. loc. cit. nu. 12. ) cùm talis creatio non tam tam disformis quam conformis sit iuri communi , juxta c. cùm Ferrariensis . de confit. cap. relatum , & c. dilect. de prob. possintque id ipsum Capitulum & Episcopus . cap. presenti . de off. Leg. n. 1. ( ubi etiam , quod , si Legatus aliquem talem Canonicum creavit , constituto Executore , ut proximè vacaturam præbendam eidem conferat , quod is id mandatum exequi possit , etiam finita legatione mandantis , & citat pro hoc Gl. in cit. c. presenti ) Castr. loc. cit. nu. 12. qui tamen num. 13. ait , id Legatum non posse spectato Trid. sess. 24. c. 19. cùm talis Canonicus ventosus , eti non strictum , habeat tamen aliquale jus ad præbendam proximè vacaturam ; Tridentinum verò omnes expectativas & gratias ad vacatura irritavit ; citat pro hoc Gonz. & Barb. referentes sic declarasse Sac. Congregationem , juxta dicta à nobis supra de Exspet.

**Questio 633.** Quid plus quam Ordinarii possit Legatus hac sua ordinariâ potestate circa collationem beneficiorum ?

1. Respondeo primò : potest beneficia sua provinciæ , dum devoluta sunt ad Sedem Apostolicam providerere , quia hæc ob devolutionem non sunt specialiter reservata , argumento c. venerabilis . de prob. Castr. loc. cit. num. 8. citans Abb. in cit. c. 2. & gl. in c. 1. de off. leg. in 6. v. ampliori . Azor. p. 2. l. 5. c. 28. q. 14. Garc. p. 5. c. 3. nu. 21. citans Gamb. Coras. Cuchum & plures alios . Unde jam inferitur , non currere Legato tempus , nempe semestre datum alijs Collatoribus ad providendum ; ed quod si ipse negligat providerere intra semestre , devolvarunt ad Papam ; devoluta autem ad Papam ipse possit conferre . Gamb. de potest. leg. l. 3. nu. 14. & 62. Castr. loc. cit. num. 9. Garc. loc. cit. n. 26. contra Lap. & Bonif. in clem. si de beneficio . de prob. censentes , Legatum non posse conferre devoluta ad Papam ex propria negligientia , & hinc currere ei tempus . Item contra Card. Imol. in cit. clem. Selvam Brunellum , Villadiego &c. apud Garc. nu. 24. docentes , non posse Legatum conferre devoluta , postquam devoluta esset collatio , sive ex propria Legari , sive ex aliorum negligientia ad prælatum extra suam legationem , usque dum ultimatè facta devolutio ad Papam .

2. Secundo conferre potest beneficia jurisp. clericalis seu Ecclesiastici , quod non potest Episcopus seu Ordinarius , etiam nullâ factâ mentione , aut derogatione dicti jurisp. Garc. loc. cit. num. 17. & 18. citans quamplurimos . Tond. p. 2. c. 2. §. 6. citans Covar. pract. qq. c. 36. num. 2. Item conferre potest

B b 2 bene.